



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Maria Magdalena De Pazzis. 25. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

372. (80)

## S. MARIA MAGDA. LENA DE PAZZIS.

25. Maii.

*Si quis vult venire post me, abneget  
semetipsum & tollat crucem suam  
quotidie & sequatur me. Luc. 9.*

**H**ic è Florentina urbe flosculus etiam-  
num integro corpore, viret in ascete-  
rio Carmelitarum. Cùm primùm vernare  
cœpit, decennis Virginitatis voto ita cando-  
rem suum firmavit, ut vel impunitatis um-  
bram, dum viveret, ignoraret. Carmeli  
inserta viridario, non nisi divinis irrigata  
gratijs, V. annis extra Dominicas, aqua  
solùm & panis modico pastu, &, ut lilyum  
inter spinas sciremus, perpetuis innocentis  
corpusculi punctionibus se per omnia aspera  
divexabat; interim in cœlum crebrâ extasi  
rapta, vedit mundo oculo, quod homo  
potuit, nec nisi plena cœlesti tore revertit;  
non tamen inter ea solatia defuere tem-  
pestates: longo ei tempore cœlum visum  
æcum, adeò ei arida & exsucce in orati-  
one mens; sed & ad probandam ejus

con-

constantiam divino eam permisum dæmones  
variis insultibus, velut, ventorum turbines,  
quaricabant; stetit tamen inter adversa ista  
omnia patientiâ & animi demissione radica-  
tum lilium, & aperto cordis amantis calice,  
cœlestem respiciebat sponsum, nec, quan-  
tumvis tot malis preffa, unquam oppressa est  
eius constantia, quin inter dolores morbo-  
rum per frequentes cum lecto cot pusulum  
langueret, ardebat tamen animus, & cot di-  
vinis flammis accensum restingu aquâ de-  
buit, identidem autem ei in ore erat. Non mori  
sed pari. Adeo ei crux pœ corona, quam cùm  
nollet gratuitam, maluit longâ patientiâ  
mercari. Nunc habet gloriofa in cœlis, & mi-  
raculis illustris in terris, ubi XLI. etatis anno  
vivere quidera desijt, sed corpore adhuc in-  
corrupto, necdum desinit florere. Via virg.

Cepari & Menalog. Carmel.

## M E D I T A T I O

### *De vita S. Maria Mag. de Paz.*

I. **S**tatim, arque Deum novit, amavit. Oderat  
mundi tumultum utpote inimicum orati-  
oni. Frequens erat in templo coram Augustissimo  
Sacramento, ubi longiorem effundebat orationem.  
Nunquam cœlestis sponsus aberat ab ejus animo.

A a

Dudum

Dudum nōsti amantissimum Jesum, & ne cum  
amas?

2. Statim atque mundum novit, fugit, contem-  
psit, flocci fecit, mallem, inquiens in mediis sup-  
pliciis esse, quām in mundo. Utinam Christianis  
oculis aspiceres dignatēs, divitias & voluptates,  
hujus mundi. Ah! nihil penderes, quod tanti sit  
animalibus hominibus. Cœlum intuere, Cœlum spe-  
ra, Cœlum ama, ibi sit cor tuum, ubi verus thesau-  
rus. Memento, Deum tibi terrena bona dedisse,  
non ut ea adorares, sed, ut despiceres, ipsique con-  
secrare. Terram calcare didici, non adorare, non enim  
mihi fas, unquam rebus inanimatis credere, spes anima-  
mea! Clem. Alex.

3. Ex assiduitate orationis manabant omnes ejus  
virtutes. Hinc purus in Deum amor, hinc odium  
in cætera quæquæ. Præclarè de Deo sentire non po-  
test, qui ferè nunquam cogitat de Deo, & raro ad-  
modum colloquitur. Ama orationem, quā cœlesti-  
um amor accenditur, & extinguitur cupiditas ter-  
renorum. Hæc familiaria tibi sint hujus Sancte  
verba: Non mori, sed pati.

---

## S. PHILIPPUS NERIVS

26. Maii.

*Exemplum esto fidelium in verbo in  
conversati-*